AÑO 59 LUNES 2 DE DICIEMBRE DE 1912 NUM. 12

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del Boletín Eclesiástico, calle de la Rua, 59

# GOBIERNO ECLESIASTICO (S. P.)

## DE NUESTRO REVERENDISIMO PRELADO

Como saben ya nuestros lectores, la enfermedad que hace tiempo venía minando la quebrantada salud del Sr. Obispo se ha agravado considerablemente en estos últimos días del pasado mes, hasta el punto de haber sido sacramentado en Madrid, donde a la sazón se encuentra el Rmo. P. Valdés.

Para implorar los auxilios de Dios en tan críticos momentos dispusimos solemnes rogativas, que se celebraron el día 29 en la Santa Basílica Catedral con asistencia de todo el Clero de la capital, Ordenes religiosas, Seminario y numerosos fieles que acudieron presurosos a rogar al Todopoderoso por la salud del amadísimo enfermo. El mismo día salieron para Madrid dos capitulares, los señores Cuesta y Aniceto, designados por el Ilmo. Cabildo para visitar y estar al lado del Prelado.

Nuestro Rmo. Prelado agradeció en el alma esta deferencia cariñosa del Ilmo. Cabildo, como también le ha producido hondo consuelo la delicada atención con que se han interesado por su salud sus buenos hi-

Universidad Pontificia de Salamanca

jos los salmantinos, autoridades, corporaciones, el clero, religiosas y demás fieles diocesanos. Dios se lo pague a todos.

Las últimas noticias de Madrid, con acusar cierta mejoría, no son, sin embargo, tranquilizadoras, dado el estado de extrema debilidad en que se encuentra el ilustre paciente.

Rogamos una vez más al venerable Clero diocesano y fieles todos sigan pidiendo a Dios Nuestro Señor por la salud de nuestro Sr. Obispo, y de una manera especial mañana, festividad de San Francisco Javier, pedimos una plegaria fervorosa, que será la mejor felicitación que podemos ofrecerle en su fiesta onomástica.

Salamanca 2 de Diciembre de 1912.

MANUEL GARCÍA BOIZA,
Gobernador Eclesiástico.

# REAL CARTA DE RUEGO Y ENCARGO

Por conducto del Ministro de Gracia y Justicia hemos recibido la siguiente:

"EL REY

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Administradores Apostólicos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía, y Vicario general Castrense:

El horrible atentado cometido por mano criminal en la persona del Presidente de Mi Consejo de Ministros, D. José Canalejas y Méndez, eminente patricio, a quien tan relevantes servicios deben la Patria, la Monarquía y las Instituciones fundamentales del país, llena Mi ánimo de la más profunda tristeza, como llenará el de la Nación toda, unida en sentimiento general de dolor y de unánime y ardorosa protesta ante el vil asesinato que ha privado a España de uno de sus hijos más esclarecidos.

Lloramos su pérdida y honramos su memoria; pero a la vez, y en medio de la honda pena que nos aflige, es deber nuestro elevar el corazón al Dios de las mi-

Universidad Pontificia de Salamanca

sericordias y pedirle acoja en su seno el alma del infortunado varón fallecido: y a este fin;

Por la presente, Os Ruego y Encargo que dispongáis los públicos sufragios de costumbre en todas las Iglesias Catedrales, Colegiatas y Parroquias de vuestras respectivas diócesis, pidiendo al Todopoderoso por el eterno descanso de tan preclaro servidor de la Patria y de la Monarquía.

En ello Me serviréis, y de la presente, y de lo que en su vista resolváis, daréis aviso a Mi Ministro de Gracia y Justicia.

Dada en Palacio a dieciocho de Noviembre de mil novecientos doce.

YO EL REY.

El Ministro de Gracia y Justicia,

DIEGO ARIAS DE MIRANDA.

*Al Rdo. Obispo de Salamanca*".

* * *

En su consecuencia y cumpliendo los piadosos deseos en la anterior Real Cédula expresados, hemos dispuesto, de acuerdo con el Ilmo. Cabildo, que se celebren solemnes funerales en la Santa Basílica Catedral, el próximo lunes, 25 del corriente, y en cuanto a las parroquias de los pueblos, en las que puedan cómodamente celebrarse con ministros asistentes, tendrán las acostumbradas exequias, invitando a ellas, los señores curas, a las Autoridades locales.

Salamanca, 23 de Noviembre de 1912.

DR. MANUEL GARCÍA BOIZA,
Gobernador Eclesiástico (S. P.)

# NOS EL OBISPO, DEÁN Y CABILDO

DE LA SANTA BASÍLICA CATEDRAL DE SALAMANCA.

**HACEMOS SABER:** Que por renuncia de don Toribio Maritorena y Ezurmendia, último poseedor, se halla vacante en nuestra Santa Basílica Catedral un Beneficio, que en virtud de la Real orden concordada de

Universidad Pontificia de Salamanca

23 de Abril de 1908, quedó convertido en Beneficio de Oficio con el cargo de Tenor, cuya provisión corresponde a la Real Corona, previa oposición, conforme a lo dispuesto en el Concordato y la Real orden de 16 de Mayo de 1852, con la dotación que le pertenece, cobrada en el tiempo y forma que se satisfagan las obligaciones del Culto y Clero.

Por tanto, y por tercera vez, llamamos a todos los que, considerándose idóneos, quieran oponerse al expresado Beneficio para que en el término de treinta días, contados desde esta fecha, presenten sus solicitudes ante nuestro infrascripto Secretario Capitular, acompañando fe de bautismo y testimoniales de sus respectivos Prelados, los que fueren eclesiásticos, o certificación de buena conducta, expedida por el Párroco, los que no lo fueren; debiendo estar en condiciones de ser Presbíteros *intra annum a die adeptae possessionis*, y no siendo admitidos los mayores de treinta años.

Los opositores deberán hallarse suficientemente instruídos en solfeo y canto y poseer voz natural, clara, bien timbrada e igual y con extensión de trece puntos desde *Do* grave a *La* agudo.

Los ejercicios de oposición se harán a presencia de una diputación nuestra y bajo la inspección de los examinadores que nombraremos al efecto, y concluídos y censurados dichos ejercicios, remitiremos al Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia nota de los opositores aprobados, proponiendo con preferencia al que se juzgare más idóneo y útil al servicio de esta SantaIglesia.

El agraciado, además de las obligaciones comunes a todos los beneficiados y que sean compatibles con su cargo, tendrá las siguientes: 1.ª Cantar el papel de Tenor, así en las fiestas ordinarias como en las extraordinarias que el Cabildo celebre; y 2.ª Dirigir la Capilla de Música de la Catedral en vacantes y ausencias o enfermedades del Maestro de la misma.

En testimonio de lo cual, mandamos expedir y expedimos el presente, firmado por Nós, sellado con el de nuestras armas y refrendado por el Secretario Capitular.

Universidad Pontificia de Salamanca

Dado en Salamanca a nueve de Noviembre de mil novecientos doce.—✠ Fr. Francisco Javier, *Obispo de Salamanca.*—*Dr. Toribio Martín*, Deán.—Por acuerdo del Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo, Deán y Cabildo, *Tomás Redondo Díez*, Secretario.

EDICTO para la provisión del Beneficio de Tenor en la Santa Iglesia Catedral de Salamanca, con término de treinta días, que cumplen el nueve de Diciembre.

# NOS EL OBISPO, DEAN Y CABILDO

DE LA SANTA BASÍLICA CATEDRAL DE SALAMANCA.

**HACEMOS SABER:** Que por defunción de su último poseedor, don Bernabé Mingote (q. e. p. d.), se halla vacante en nuestra Santa Basílica Catedral un Beneficio de los que llevan anejo cargo u oficio, según el Decreto concordado de 16 de Mayo de 1852, cuya provisión corresponde por turno a la Real Corona, previa oposición, con arreglo al Concordato.

Así, pues, por el presente convocamos a todos los que, estando ordenados de Presbíteros o en actitud de serlo *intra annum a die adeptae posesionis*, quieran mostrarse opositores, citándolos para que en el término de cuarenta y cinco días (que desde luego Nos reservamos prorrogar si lo estimáremos conveniente), presenten sus solicitudes ante nuestro infrascripto Secretario Capitular, acompañando fe de bautismo legalizada, letras testimoniales de sus respectivos Prelados, o, si no fueren eclesiásticos, certificado de buena conducta, expedido por el propio Párroco.

Los ejercicios de oposición se harán a presencia de una diputación nuestra, y consistirán en un examen teórico de Canto Gregoriano, en harmonizar el Bajo o Tiple que se designe, en una breve composición original con las condiciones que fije el tribunal técnico y en corregir una partitura indicando todas las faltas que se hallen, así en las voces como en la instrumentación.

Universidad Pontificia de Salamanca

Concluídos y censurados los ejercicios, remitiremos al Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia nota de los opositores aprobados, proponiendo con preferencia al que se juzgare más idóneo y útil al servicio de esta Santa Iglesia, y que, en igualdad de circunstancias, tuviese voz de tenor o de contralto.

El agraciado, además de las obligaciones comunes a todos los Beneficiados y que sean compatibles con su cargo, tendrá las siguientes: 1.ª Dirigir la Capilla de Música en todas las funciones que celebre el Cabildo dentro y fuera de la Catedral. 2.ª Enseñar, cuando se le encargue, a los niños de coro el solfeo y canto, especialmente en las obras que ejecute la Capilla, y custodiar el archivo de música con el orden y método que facilite conocerlo y conservarlo en buen estado. 3.ª Componer cada año una obra (a su elección) adecuada al culto de la Iglesia y que ha de quedar en el archivo como propiedad de la Santa Basílica.

Se concederán al elegido, sobre la asignación que le corresponde como Beneficiado, *quinientas pesetas anuales*, con la obligación de aplicar setenta y cinco misas de hora libre, y además se le proporcionarán locales donde pueda, si le conviniere, establecer casa.

En testimonio de lo cual, mandamos expedir y expedimos el presente, firmado por Nós, sellado con el de nuestras armas y refrendado por el Secretario Capitular.

Dado en Salamanca a quince de Noviembre de mil novecientos doce.—✠ FR. FRANCISCO JAVIER, *Obispo de Salamanca*.—*Dr. Toribio Martín*, Deán.—Por acuerdo del Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo, Deán y Cabildo, *Tomás Redondo Díez*, Secretario.

EDICTO para proveer un Beneficio con el cargo de Maestro de Capilla, por término de cuarenta y cinco días, que cumplen el día treinta de Diciembre.

Universidad Pontificia de Salamanca

# ACTA PII PAPA X

## CONSTITUTIO APOSTOLICA

### DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA PROMISCUO RITU SUMENDA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam*

Tradita ab antiquis, haec diu in Ecclesia consuetudo tenuit; ut ad varios, pro diversis locis, mores ritusque sacrorum, modo superstitionis et idolatrae suspicio omnis eis abesset, fideles peregrini nullo negotio sese acommodarent. Quod quidem usu veniebat, pacis et coniunctionis gratia, inter multiplicia unius Ecclesiae Catolicae membra, seu particulares ecclesias, confovendae, secundum illud sancti Leonis XI, "nihil obsunt saluti credentium diversae pro loco et „tempore consuetudines, quando una fides per dilec„tionem operans bona quae potest, uni Deo commen„dat omnes„ (1).

Huc accedebat necessitatis causa, cum, qui in exteras regionis advenissent, iis plerumque nec sacrae ibi aedes, nec sacerdotes ritus proprii suppeterent. Id autem cum in ceteris rebus fiebat, quae ad divinum cultum pertinent, tum in ministrandis suscipiendisque sacramentis maximeque Sanctissimae Eucharistiae. Itaque clericis et laicis, qui formatas quae dicebantur, littaras peregre afferrent, patens erat aditus ad eucharisticum ministerium aut epulum in templis alieni ritus; et Episcopi, presbyteri ac diaconi latini cum graecis hic Romae, graeci cum latinis in Oriente divina concelebrabant mysteria: quod usque adeo evasit solemne, ut si secus factum esset, res posset argumento esse discisse vel unitatis fidei vel concordiae animorum.

(1) Epist. ad Michaëlem Constantinopolitanum Patriarcham.

Universidad Pontificia de Salamanca

At vero, postquam magnam Orientis chistiani partem a centro catholicae unitatis lamentabile schisma divellerat, consuetudinem tam laudabilem retinere iam diutius non licuit. Quum enim Michaël Caerularius non solum mores caerimoniasque latinorum maledico dente carperet verum etiam ediceret aperte consecrationem panis azymi illicitam irritamque esse, Romani Pontifices, Apostolici officii memores, latinis quidem, ad avertendum ab eis periculum erroris, interdixerunt, ne in pane fermentato sacramentum conficerent nec sumerent; graecis vero, ad chatolicam fidem unitatemque redeuntibus, veniam facerunt communicandi in azymo apud latinos: id quod pro iis temporibus et locis opportunum sane erat, imo necessarium. Quum enim nec saepe graeci tunc invenirentur episcopi huic beati Petri cathedrae coniuncti, nec ubique adessent catholica orientalium templa, timendum valde erat, ne orientales catholici ad schismaticorum ecclesias ac pastores cum certo fidei periculo accederent, nisi apud latinos communicare ipsis licuiset.

Iamvero felix quaedam rerum commutatio, quae postea visa est fieri, cum in Concilio Florentino pax Ecclesiae graecae cum latina convenit, veterem disciplinam paulisper revocavit.—Nam statuerunt quidem eius Concilii Patres: "in azymo sive fermentato „pane triticeo Corpus Cristi veraciter confici, sacer„dotesque in alterutro ipsum Domini Corpus confice„re debere, unumquemque scilicet iuxta suae Eccle„siae, sive occidentalis sive orientalis consuetudi„nem„ (1), sed hcc decreto voluerunt sane catholicam veritatem de valida utriusque panis consecratione in tuto collocare, minime vero promiscuam communionem interdicere fidelibus; quibus contra, quim eam confirmandae pacis causa concesserint, non est dubium. Exstat Isidori, metropolitae Kioviensis et totius Russiae, luculentissima epistola, quam, absoluta Florentino Synodo, cuius pars magna fuerat et in qua Dorothei patriarchae Antiocheni personam gesserat, Legatus a Latere in Lithuania, Livonia et universa

(1) Ex Bulla Eugenii IV *Laetentur Coeli*.

Universidad Pontificia de Salamanca

Russia dedit anno MCCCCXL Budae ad omnes qui sub ditione essent Ecclesiae Constantinopolitanae: qua in epistola, de reconciliata feliciter graecorum cum latinis concordia praefatus, haec habet: "Adiuro vos in „D. N. I. C. ne qua divisio vos inter et latinos amplius „subsistat, cum omnes sitis D. N. I. C. servi, in nomi„ne eius baptizati... Itaque graeci qui in latinorum re„gione degant aut in sua regione habeant latinam ec„clesiam, omnes divinam liturgiam adeant et corpus „D. N. I. C. adorent, ac corde contrito venerentur, „non secus ac id in propria ecclesia quisque faceret, „nec non et confitendi gratia latinos sacerdotes „adeant, et corpus Domini Nostri ab eisdem accipiant. „Similiter et latini debent ecclesias graecorum adire „et divinam liturgiam auscultare, fide firma corpus „Iesu Christi ibidem adorare. Utpote quod sit verum „I. C. corpus, sive illud a graeco sacerdote in fer„mentato, sive a latino sacerdote in azymo consecra„tum fuerit; utcumque enim aequa veneratione dig„num est, sive azymum, sive fermentatum. Latini „quoque confiteantur apud sacerdotes graecos et di„vinam communionem ab eisdem accipiant, cum idem „sit utrumque. Ita nempe statuit Conc. Florentinum „in publica Sesione die VI Iunii a. MCCCCXXXIX„.

Etsi autem Isidori testimonio evincitur factam esse a Florentina Synodo facultatem fidelibus promiscuo ritu communicandi, tamen facultas hujusmodi subsecutis temporibus nec ubique nec semper fuit in usu; ideo praesertim quia, cum male sartam unitatem mature Graeci rescidissent, iam non erat, cur Pontificis Romani quod Isidorus a Florentina Synodo indultum refert, curarent observandum. Pluribus nihilominus in locis promiscuae Communionis consuetudo mansit usque ad Benedicti XIV Decessoris aetatem, qui primus Constitutione *Etsi pastoralis* pro Italo-Graecis die XXVI Maii a. MDCCXLII graves ob causas vetuit, ne laici latini Communionem a graecis presbyteris sub fermentati specie acciperent, graecis autem propria paroecia destitutis facultatem reliquit, ut in azymo apud latinos communicarent. Ubi vero, graecis et latinis una simul commorantibus suasque habentibus ecclesias, usus invaluisset Communionis promiscuae,

Universidad Pontificia de Salamanca

commisit Ordinariis, ut si huiusmodi consuetudo removeri sine populi offensione animorumve commotione non posset, omni cum lenitate curam operamque in id impenderent, ut semper latini in azymo communicarent, graeci in fermentato. Quae autem pro Italo-Graecis Decesor Noster statuit, eadem ipse postea ad Melchitas quoque et ad Coptos pertinere iussit: eaque paullatim ad omnes transierunt Orientales, consuetudine potius quam legis alicuius praescripto; non ita tamen, ut quandoque Apostolica Sedes idem non indulserit latinis, quae etiam orientales non destituti ecclesia propria, neque ulla urgente necesitate, ut communicarent in azymo, pluries passa est, immo permissit.

Quod praecipue factum est, posteaquam, animarum studio flagrantes, nonnullae religiosae Familiae tum virorum tum mulierum ex variis Europae regionibus ad Orientis oras advectae, auxilium catholicis diversorum rituum, multiplicatos apud ipsos christianae caritatis operibus collegiisque ad institutionem iuventutis ubique apertis, praebuerunt. Cum autem hae Familiae ob frequentem Eucharistiae usum quietam et tranquillam inter difficultates et aerumnas vitam agerent, ex orientalibus, quod genus valde ad pietatem proclive est, facile ad imitationem sui multos excitarunt: qui cum aegre apud suos vel ob distantiam locorum vel ob penuriam sacerdotum et templorum, vel etiam ob diversas rituum rationis huic desiderio possent satisfacere, ab Apostolica Sede instanter gratiam postularunt accipiendae Eucharistiae, more latinorum. Hisce postulantionibus Apostolica Sedes aliquando concessit: atque ephebis, qui in latinorum collegiis educarentur, item ceteris fidelibus, qui eorum templa celebrarent ac piis consociationibus essent adscripti, permisit, salvis quidem iuribus parochorum, pottissime quoad paschalem Communionem et Viaticum, pietatis causa intra annum in templis latinorum eucharistico pane a latinis presbyteris consecrato reficerentur.

Quin etiam in ipso Concilio Vaticano *Commissio* peculiaris negotii Rituum Orientalium praeposita hoc inter alia sibi proposuit dubium, an expedire relaxare

Universidad Pontificia de Salamanca

aliquantulum legum eclesiasticarum severitatem de non permiscendis ritibus maxime in Communione Eucharistica, veniamque tribuere fidelibus communicandi utrovis ritu: cumque eius Commissionis Patres adnuendum censuissent, decretum confecerunt in eam sententiam; quod tamen, abrupto temporum iniquitate Concilio. Patribus universis probandum subiicere non licuit.—Post id temporis S. Congregatio Fidei Propagandae pro negotiis Rituum Orientalium, ut solatio consuleret eorum, qui ob inopiam eclesiarum vel sacerdotum proprii ritus a Communione saepius abstinere cogebantur, decretum die XIII augusti anni MDCCCXCIII edidit, quo, ad promovendam Sacramentorum frequentiam, omnibus fidelibus ritus sive latini sive orientalis, habitantibus ubi ecclesia aut sacerdos proprii ritus non adsit, facultas in posterum tribuitur communicandi, non modo in articulo mortis et in Paschate ad observandum praeceptum, sed quovis tempore, suadente pietate, iuxta ritum ecclesiae loci, dummodo sit catholica.

Decessor autem Noster, Leo XIII fel. rec. in Constitutione *Orientalium dignitas Ecclesiarum*, eiusdem gratiae participes fecit, quicumque propter longinquitatem ecclesiae suae, nisi gravi cum incommodo, eam adire non possent. Simul vero prohibuit, ne in collegiis latinis, in quibus plures alumni orientales numerarentur, latino more hi communicarent; praecepitque ut accirentur eiusdem ritus sacerdotes qui sacrum facerent et sacratissimam Eucharistiam illis distribuerent, saltem diebus dominicis ceterisque de praecepto occurrentibus festis, quovis sublato privilegio. Sed tamen experiendo est cognitum non ubique facile inveniri sacerdotes orientales, qui, cum alibi occupati sint in ministerio animarum, diebus dominicis et festis; atque adeo ipsis pro festis diebus queant collegia adire latinorum, ut pueris puellisque esurientibus panem angelicum ministrent.

Quamobrem non raro supplicatum est huic Apostolicae Sedi, ut disciplinam Ecclesiae tanta in re indulgentius temperaret. Quae preces supplices, post editum die XX Decembris MCMV per S. Congregationem Concilii decretum Nostrum *Sacra Tridentina Syno-*

Universidad Pontificia de Salamanca

*dus* de quotidiana Comunione Eucharistica, multo frequentiores fuerunt ab orientalibus, qui veniam petebant transeundi ad ritum latinum, quo facilius possent caelesti dape recreari; in eisque non pauci numerabantur pueri ac puellae, qui hoc ipsum beneficium participare percuperent.

Itaque, considerantibus Nobis fidem catholicam de valida consecratione utriusque panis, azymi et fermentati, tutam esse apud omnes; insuper compertum habentibus complures esse, tum latinos tum orientales, quibus illa promiscui ritus interdictio et fastidio et offensioni sit, exquisita sententia sacri Consilii christiano nomini propagando pro negotiis Orientalium Rituum, re mature perpensa, visum est omnia illa antiquare decreta, quae ritum promiscuum in usu Sanctissimae Eucharistiae prohibent vel coangustant; atque omnibus et latinis et orientalibus facultatem facere sive in azymo sive in fermentato apud sacerdotes catholicos, in ecclesiis cuiusvis ritus catholicis, secundum pristinam Ecclesiae consuetudinem, augusto Corporis Domini Sacramento sese reficiendi, ut "omnes et singuli qui christiano nomine censentur, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent„ (1).

Equidem confidimus, quae hic praescribuntur a Nobis, ea dilectis filiis, quot habemus in Oriente, ex quovis ritu, admodum fore utilia non solum ad inflammandum in eis pietatis ardorem, sed etiam ad mutuam eorum concordiam confirmandam.—Etenim quod ad pietatem attinet, nemo non videt divinam Eucharistiam, a Patribus Ecclesiae latinis graecisque quotidianum christiani hominis panem solitam appellari, utpote qua sustentetur et alatur tamquam valetudo animae, multo magis frequentandam eis esse, quorum caritas vel fides, seu ipsa supernaturalis vitae principia, maiore in discrimine versentur. Quare chatholici orientales, quibus est in media multitudine schismaticorum habitandum, non ex periculoso eorum convictu aliquod fidei caritatisque detrimentum capient, si hoc se cibo caelesti roborare consueverint, sed magnum

(1) Conc. Trident. Sess. XIII.

Universidad Pontificia de Salamanca

et perpetuum in se vitae spiritualis sentient incrementum.—Quod spectat alterum, patet proclive factu usque adhuc fuisse, ut inter homines unius fidei sed diversorum rituum, ex eo quod alli alliis facilius possent Corporis Christi esse participes, causae emulationum et discordiarum existerent. Nunc autem, cum huius mensae, quae symbolum, radix atque principium est catholicae unitatis, promisquam esse omnibus fidelibus communicationem volumus, pronum est debere inter ipsos increscere animorum concordiam, "quoniam unus panis, ait Apostolus, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus„ (1).

Haec Nos igitur de Apostolicae potestatis plenitudine statuimus et sancimus:

I. Sacris promiscuo ritu operari sacerdotibus ne liceat: propterea suae quisque Eclesiae ritu Sacramentum Corporis Domini conficiant et ministrent.

II. Ubi necessitas urgeat, nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti orientali, qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam consecratam in azymo; vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritu ministrandi servabit.

III. Omnibus fidelibus cuiusvis ritus datur facultas, ut, pietatis causa, Sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant.

IV. Quisque fidelium praecepto Communionis paschalis ita satisfaciet, si eam suo ritu accipiat et quidem a parocho suo: cui sane in caeteris obeundis religionis officiis addictus manebit.

V. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio de manibus proprii parochi accipiendum est: sed urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere, qui tamen ritu suo ministrabit.

VI. Unusquisque in nativo ritu permanebit, etiamsi consuetudinem diu tenuerit communicandi ritu alieno; neque ulli detur facultas mutandi ritus, nisi cui iustae et legitimae suffragentur causae, de quibus Sacrum Consilium Fidei Propagandae pro negotiis Orientalium iudicabit. In his vero causis numeranda

(1) Corinth. x, 17.

Universidad Pontificia de Salamanca

non erit consuetudo quamvis diuturna ritu alieno communicandi.

Quacumque autem his litteris decernimus, constituimus, declaramus, ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter servari volumus et mandamus, nec ea notari, in controversiam vocari, infringi posse, ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine; sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus apostolicis, etiam in generalibus ac provincialibus conciliis editis, constitutionibus, nec non quibus vis etiam confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis consuetudinibus ac praescriptionibus; quibus omnibus, perinde ac si de verbo ad verbum hisce litteris inserta essent, ad praemissorum effectum; specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.—Volumus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, manuque Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae praesentibus hisce litteris ostensis haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo duodecimo, in festo Exaltationis S. Crucis XVIII Kalendas octobres, Pontificatus Nostri anno decimo.—A. Cardinalis AGLIARDI, *S. R. E. Cancellarius.*—Fr. H. M. Cardinalis GOTTI, *S. C. de Propaganda Fide Prefectus.*—VISA M. Riggi, *C. A. Not.—Reg. in Canc. Ap. N.*° 61-12.

# REAL ORDEN

**del Ministerio de la Gobernación, sobre represión de la circulación de las publicaciones obscenas.**

"Ilmo. Sr.: Habiéndose aprobado oficialmente por varias Naciones europeas y por España, con fecha 15 de Marzo de 1911, el arreglo relativo a la represión de la circulación de las publicaciones obscenas, cúmpleme llamar la atención de V. S., como presidente

Universidad Pontificia de Salamanca

de la Junta provincial de protección a la infancia y represión de la mendicidad, acerca de los importantes extremos que contienen las disposiciones del aludido Convenio, ratificado por los Plenipotenciarios reunidos en conferencia en París, el cual preceptúa el mútuo compromiso contraído por los Gobiernos respectivos de centralizar todos los informes que puedan facilitar la busca y represión de los actos que envuelvan infracción legal y cuyos elementos constitutivos tengan carácter internacional, procurando además efectuar cuantas gestiones sean precisas para evitar la importación de publicaciones u objetos pornográficos, y teniendo en cuenta los propósitos que animan al Gobierno español para coadyuvar a la lucha antipornográfica y combatir esta enfermedad social desarrollada por la tolerancia e incultura, y considerando que el espíritu y finalidad del texto de las Leyes protectoras trata de los medios que deben adoptarse para combatir las causas que contribuyan a la desmoralización y perversión de menores, según determina el artículo 39 del Real decreto de 24 de Enero de 1908.

S. M. el Rey (q. D. g.), ha tenido a bien disponer que comunique a V. S a las autoridades de su mando el cumpliento de las disposiciones mencionadas y de las legislativas que tienden a reprimir los delitos referentes a las publicaciones obscenas, en materia de escritos, dibujos, imágenes u objetos pornográficos, asegurando o acelerando su confiscación.

Que notifique V. S a este ministerio con la mayor urgencia las medidas gubernativas adoptadas en su provincia, ordenando igualmente la publicación en los *Boletines Oficiales* de esta Real orden para su más exacta aplicación.

De Real orden lo digo a V. S. para su conocimiento y efectos consiguíentes. Dios guarde a V. S. muchos años. Madrid 20 de Septiembre de 1912.—*Barroso*.

Sr. Gobernador civil, presidente de la Junta provincial de Protección a la Infancia y represión de la mendicidad de...„

Universidad Pontificia de Salamanca

✠

# Tabella pro Missis Defunctorum celebrandis

**iuxta S. R. C. decreta et novissimas Rubricas ad normam Bullae «Divino Afflatu» Pii PP. X. servandas, efformata**

| MISSAE CUM CANTU | PERMITTUNTUR | PROHIBENTUR |
|---|---|---|
| EXEQUIALIS: In die vel pro die obitus, aut depositionis, corpore phisice vel moraliter praesente et insepulto, sed *non ultra biduum*. | Qualibet die, exceptis tantum. | 1. Festis Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascens., Pentecostes, SS. Trinitatis et Corporis Christi. – Immac. Concept. Annunt. et Assumpt. B. M. V.—Nativit. S. Ioannis Bapt., Commem. et Solemn. S. Ioseph., SS. Apost. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Patroni loci, regni et dioecesis; Dedicat. ac Tit. Eccles. propriae.—2. Dominica in quam solemnitas externa quarumlibet ex festis supra citatis *ex indulto* transfertur, modo celebretur a populo.—3. Ultimo triduo maioris Hebdomadae. - 4. Tempore solemnis Exposit Eucharistiae.—5. *Pro Ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus:* Diebus Dominicis ac festivis, etiam suppressis, quibus Parochus debet applicare pro populo, feria IV Cinerum, vigilia Pentecostes, si fieri debeat benedictio fontis, nec non diebus S. Marci et Rogationum, si fiat procesio. |
| EXEQUIALIS praefatis diebus impedita et *ultra biduum* a sepultura translata; pro prima tantum vice post obitum vel eius acceptum a locis dissitis nuntium. | Prima die libera a | 1. Festis dupl 1 et 2 cl.-2. Dominicis vel festis de praecepto, etiam suppressis.—3. Vigiliis Nativitatis et Pentecostes.—4. Infra octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi.—5. Feria IV Cinerum.—6. Tota maiori Hebdomada. |
| DIEBUS III, VII ET XXX ET ANNIVERSARIO ab obitu aut depositione, vel alie die a testatoribus determinata. | Si dies non impeditur a | Festis et diebus in superioribus quadrangulis descriptis ac etiam diebus infra octavam Nativitatis. *Nota.* Si haec Missa praefatis diebus sit impedita, anticipari, vel transferri potest ad primam diem a praedictis impedimentis liberam. |
| IN ANNIVERSARIIS LATE SUMPTIS (quamvis a die obitus non sint), | In duplicibus minoribus | Festis et diebus in superiori quadrangulo memoratis. |

Universidad Pontificia de Salamanca

| | | |
|---|---|---|
| Ex Indulto Apostolico quibusdam Dioecesibus concesso. *(Missa ut in Quotidianis)* | Tribus vel duobus diebus in qualibet hebdomada non impeditis a | Festis ac diebus in tertio quadrangulo superiori memoratis. |
| Aliae Missae cum cantu (ut in Quotidianis) nec non omnes Missae lectae seu privatae, exceptis quae in sequenti quadrangulo notantur. | Qualibet die, exceptis | 1. Dominicis. – 2. Duplicibus. – 3. Infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi. 4. Toto quadragesimali tempore, excepta in unaquaque hebdomada prima die libera a festo ritus duplicis, vel duplex excludente *in Kalendario Ecclesiae* in qua Missa celebratur. 5. Feriis IV. Temporum; Feria II. Rogationum; ac Vigilis, etsi occurrat fieri Officium alicuius festi semiduplicibus aut simplicis. – 6. Feria in qua anticipanda vel reponenda ets Missa Dominicae. – 7. Omnibus aliis diebus in superioribus quadrangulis descriptis |
